



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Liber IV. De Satisfactione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

LIBER QVARTVS

DE S A T I S F A C T I O N E.

CAPVT PRIMVM.

De Pœnitentia injungenda à Confessorio.

§. I. An Confessor possit nullam iniungere pœnitentiam.

ERTVM est apud omnes: Confessarium teneri communiter, sub aliqua obligatione, imponere pœnitentiam, atque adeo supponi in ipso auctoritatem ad eam injungendam: tam in pœnitentiam peccatorum, quia est iudex quàm in medelam, quia est Medicus. Ita Trid. sess. 14. cap. 8. & cap. omnis iuriss. de pœn. & remiss. Delugo de pœn. disp. 2. §. 1. sect. 4. n. 46. ubi (sub aliqua obligatione): nam si omittitur, sine contemptu, leuem pœnitentiam imponere pro venialibus, vel pro sæpe commissis, non putò mortaliter peccaturum, nec levitatem materiam, aliaque rationes à citato Delugo ibid. deducas. Dixi item (communiter): quia pœnitentia, quando, in articulo mortis pœnitens nullam præsumitur posse pœnitentiam exhibere, ut si imposset rationis, vel admodum debilis; nulla injungenda esset. Sic Fagund. 2. Eccl. præc. lib. 9. c. 3. n. 9. quia vel phisice, vel mortaliter huius incapax est.

2. Secundò, idem est, si cui restaretur suum pœnitentiam perfectè pro suis peccatis satisfecisse, nec indigere in futurum remedio. Sic Coninch de pœn. d. 10. n. 63. quia ubi nullum est debitum pœnæ, nulla est debita pœnitentia ex Suar. disp. 2. §. 1. n. 4. & ubi nullum est peccatum infirmum, nulla est medicina adhibenda.

3. Tertiò potest Confessor absolvere, nulla vel modica imposta satisfactione: quando ex ipsa Confessione, & ex materia, & signis eius intelligit pœnitentem integrè vel ex parte satisfecisse pro peccatis suis: quia æquitas iusticiæ postulat, ut solum imponatur ea pœna, quæ est debita & talis qualis debetur. Sanè per ipsam Contritionem, Confessionemque homo satisfecit: unde si interdum illa satisfactio æqualis censetur: aliam superaddere non oportebit. Sic idem ibid. Confessum tamen est, in ejusmodi casibus, facile aliquid imponere pro pœnitentia, ut mentem ad Deum semel elevaré, semel proferre nomen Iesù, &c. Ita ibid.

4. Quartò, quando Confessor prævidet fore, ut pœnitentia non exequatur sit pœnitentiam, satis est satis modicam imperare. Ita Fagundez 2. Eccl. præc. lib. 9. cap. 3. n. 10. Sed in hoc casu addenda erit monitio, quæ paulo infra asseretur §. 3. n. 11.

5. Quintò, quando scrupulosus sæpius intra horam restit ad Confessarium cum novis culpis, ut sæpe absolvetur, potest relinqui pœnitentia impositio. Sic ibid. n. 9. quia supponitur satis imposita in præcedentibus.

6. Sextò, quando quis lucratus est indulgentiam plenariam; poterit dimitti sine impositione pœnitentia: Ratio est eadem, quæ dicta est superius: quia nimirum per illam satisfactum est debito pœnæ. Sanè Bonifacius VIII. ut refert Glossa. Extrav. Antiquorum, de pœn. & remiss. apud Delugo disp. 27. de pœn. sess. 1. n. 23. volebat Confessarios imponere aliquam pœnitentiam iis, qui lubi cum Anni Sancti lucrabantur: quia nimirum satisfactione alia non indigebant. Et S. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. q. 1. dicit esse de consilio pœnitentiam implere quando quis indulgentiam lucratur.

7. Dices: at quis scit verè lucratum esse indulgentiam? Respondeo, licet raro, vel nunquam possit constare, integrè aliquem satisfecisse pro peccatis, vel Indulgentiam fuisse lucratum: dico tamen ad nostram rem sufficere, quod probabiliter quis videatur satisfecisse: cum probabilitas sufficiat, ut quis prudenter operetur. Ita Petrus de Soto sess. ult. de satisfactione; adductus à Delugo de pœn. disp. 2. §. 1. sect. 4. n. 48.

§. II. De Auctoritate Confessoris in injungenda pœnitentia sub præcepto.

8. **A**liqui ita explicant auctoritatem Confessorij in injungenda Pœnitenti pœnitentia: ut dicant ipsum posse injungere sub præcepto. Alij aut possit solum per modum consilij conditionatè in hunc v. g. modum: Si vis acquirere relaxationem pœnæ, ex opere operato hoc, vel aliud opus exhibeas. Alij possit utroque modo, id quod probabilius est. Ita Suar. de pœn. disp. 3. §. 1. sect. 5. c. 1. & sect. 7. n. 2. Fagund. lib. 9. de 2. præc. Eccl. c. 3. n. 11. contra Valquez, Coninch. & Tur. quos sequitur Delugo de pœn. disp. 2. §. 1. sect. 4. n. 54.

Addunt tamen communiter DD. censeri regulariter Confessorem dare præceptum, dum pœnitentiam absolute imponit: & solum, cum suam intentionem explicaverit in contrarium, esse sub prædicto conditionato consilio.

§. III. Quanta imponi pœnitentia debet.

9. **I**ta id relinquitur arbitrio Confessoris, ut spectatis omnibus possit quancumque injungere: modo, omnibus perpensis rem, observet quæ vult Trident. sess. 14. cap. 8. dicens, eos fieri peccatorum participes, qui sine ista causa, pro gravibus peccatis leves pœnitentias injungunt.

10. Nota tamen in hoc, præcipuè esse spectandam utilitatem, necessitatèque spirituales pœnitentis: adeoque persæpe moderandam esse pœnitentiam; leviorè, quæ, quàm Pœnitens meretur, imponendam; ut si v. g. timetur pusillanimitas, vel horror Confessionis in pœnitente. Audi Nazianzenum orat. 126. de moderat. in observanda sub finem. Hanc, inquit, rationem tenet: ut partim cum corrigas, idque leniter, & humane, non ut hostis, neque ut durus & rigidus Medicus. Ex qua doctrina sic habet Præpositus in p. 2. de pœn. dub. 7. Non debet eadem pœnitentia injungi debili & forti, pauperi & diviti. Debet ergo Sacerdos considerare fragilitatem pœnitentis; ejus contritionem, proclivitatem ad peccandum, &c. Præstat autem interdum prudenter dissimulare, minores pœnitentias injungendo: quàm austeritate nimia, homines ab hoc Sacramento avocare: iuxta illud Auctoris Operis imperfecti in Matth. Et si erramus, modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius est propter misericordiam, rationem reddere; quàm propter crudelitatem? Unde cum prudenter timetur; quod pœnitens non exequatur majorem pœnitentiam, quàm meretur, minor potest injungi, reliquum Deo commendando. Hæc Præpositus.

11. Adit sic Polancus in direct. Confess. 2. §. Quod attinet Confessor quædam etiam pœnitentis relinquit arbitrio: ut si dicat, Hoc facias, vel si malueris, illud. Demum potius unum Pater & Ave imponat, quàm recedere sinat affectum, vel desperatum pœnitentem (adde vel horrore Confessionis affectum) ob pœnitentia gravitatem. Quando autem exigua injungitur pœnitentia: indicari possit quàm majorem

maiores meretur: siquidem septennis pro quovis mortali ex usu erat: si tamen timeretur nimia delectio, vel diffidentia non expedit hoc dicere. Hæc Polancus.

12. Denique sic Delugo de pen. disp. 25. sect. 5. n. 60 Pœnitentia debet esse salutaris, & conveniens: hoc est primo loco attendi debet ad utilitatem spiritualem pœnitentis, ne scilicet laquei ei iniiciantur ut vano peccata committat. Ex hoc potissimum capite excusari potest hodierna praxis, qua leves pœnitentia imponuntur pro gravissimis peccatis, id enim sapè fit propter spirituales infirmitates pœnitentium, quia gravioribus pœnitentiis scandalizantur, & vel Confessionem fugiunt, vel certe Confessarios ineptos adhibunt, qui eos curare nesciunt. Denique in dubio inclinandum est in partem benigniorem in qua minus est periculum. Monendi tamen sunt pœnitentes de insufficietia satisfactionis iniunctæ, & consulendus est ipsis usus Indulgentiarum, & aliquando imponendus, ut sic suppleatur defectus propriæ satisfactionis. Hæc prudenter Delugo.

Denique sic etiam docet Aseanius Tamburinus (quem singulariter diligo propter ejus eruditionem, & eximiam doctrinam, nec solum propter commune cognomen, & fortasse etiam propter eandem à Maioribus longè ductam familiam. Is enim sic habet. Cum quantitas, inquit, & qualitas Pœnitentia prudentis Confessarii arbitrio relinquantur, c. Mensuram, c. Deus. De pœnit. & Remiss. & c. Tempora 26 quæst. 7. in huiusmodi quantitate & qualitate Pœnitentia iniungenda inspicere Confessor debet gravitatem, & levitatem peccatorum, & qualitatem personæ pœnitentis. An videlicet sit robustus vel debilis, invenis, vel senis: an forte sit magnam recusaturus, vel, licet acceptet eam non impleturus, & alia eiusmodi. Inscienda est potissimum magnitudo contritionis: tanta esse possit, ut ea sola pœnitentiam remitteret, iuxta Glossam, &c.

§. I V. Cuius generis pœnitentiam debeat Confessor iniungere.

3. DE tribus esse solet difficultas. Primò de opere interno. Secundò, de aliis debito. Tertio, de opere pro defunctis. Quoad primum quamvis communiter expedit, ut externam pœnitentiam Confessor iniungat, tamen potest merè internam. Sic Suar. disp. 48. de pen. sect. 6. n. 4. & alij. apud Bonac. de pen. disp. 5. q. 5. sect. 3. p. 2. n. 10. Ratio est, quia ex una parte satis sensibilis fit & externa iniunctio Confessoris: & ex altera, ex se est opus aptum ad satisfaciendum, & sæpius est multum utile pœnitenti, ut recordetur quis v. g. pœnatum Gehennæ, ut eleve mentem ad Deum, ut se aspiciere Christum cruci affixum imaginetur, &c.

14. Quoad secundum. Potest etiam pro pœnitentia iniungi opus, ad quod aliàs tenetur pœnitens, ut Sacro interesse tali die festivo, recitati horas à Sacerdote, &c. Sic idem *ibid.* Ratio est, quia etiam per hæc opera satisfaciemus pro peccatis, & expedit aliquando ita alicui iniungere, ut maiorem diligentiam huiusmodi operibus adhibeat. Tunc autem duo peccata specie diversa, atque adeò, specialiter Confessori patefacienda committeret pœnitens, si tale opus non exhiberet: alterum contra obligationem ortam ex Ecclesiæ præcepto: alterum contra obligationem ortam ex hoc Sacramento. Sic Valquez alijque apud Delugo disp. de pen. 25. sect. 5. n. 67.

15. Nota tamen communiter expedit, ut iniungatur illud opus, ad quod aliàs pœnitens non tenetur. Immo si nihil addat explicando mentem suam Confessarius intelligitur de opere aliàs non debito. Ut si dicat: *Adesto mihi Sacro*, intelligitur præter illud, ad quod quis tenetur in die festo. Quod si diceret: *In hac die Dominica audi duo Sacra*, puto cum Coninch. hic n. 69. ex his verbis colligi, quod præter Sacrum debitum ex Festo aliud unum debeat quis audire, non vero duo: ex tali enim modo iniungendi talis esse videtur iniungentis intentio. Si dicat: *elargire elemosinam pauperi*: puro te satisfacturum, si elargiris extrinsecus indigenti: quia licet aliàs debuisses; tamen ex modo iniungendi, non videtur Confessarius te

obligare ad non extrinsecus indigentem. Atque ex his teris non absumilia coniectari.

16. Quoad tertium, potest pro pœnitentia opus v. g. elemosina, vel jejunium, vel oratio, vel liber opus, cuius satisfactio, nec solum impeditur ex ratione, sed etiam pro defunctis. Ita Delugo de pen. disp. 25. sect. 5. n. 62. Contra Ioan. Sanchez de pen. disp. 16. n. 1. Ratio principaliter est, quia tum illas tas applicandi opus dictum pro defunctis; est satisfactio, & jam remanet pro pœnitente tum maxime, licet à pœnitente tunc applicetur satisfactio talis, ex opere operantis, illis sanctis Animabus fructus, tamen satisfactio ejusdem operis elevati sacramentum, ex opere operato, semper pro pœnitente manebit: & sic nunquam frustrabitur sua pœnitentia, quæ est satisfactio, tale susceptum Sacramentum.

§. V. Quando Pœnitentia imponi possit.

17. DEbet Pœnitentia imponi à Confessore, si audita peccata, sed vel ante, vel post absolutionem, dummodo mortaliter cum ipsa coniungatur. Confessio tamen videtur, ut iuxta consuetudinem, tunc minuter introductam, imponatur ante absolutionem, post exposita peccata.

CAPVT II.

De Pœnitentia solvenda à Pœnitente.

§. I. An Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam acceptatamque solvere.

1. Pœnitentiam sive medicalem, de qua dubium apud Doctores; sive in satisfactionem tenetur acceptare pœnitens. Ita Suarius *Concl.* alijque citati. Ratio est, quia Confessor potest pœnitentiam re: ergo pœnitens debet acceptare. Antecedens colligitur ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 8. quod docet in Sacramentis esse potestatem ligandi, non solum ad infirmitatem dicamentum, sed etiam ad peccati commissi venialitatem. Consequentia patet, quia hæc sunt correlatiæ, potest præcipiendi, & obligatio obediendi.

2. Hinc sequitur debere impleri talem pœnitentiam (si non detur sub conditione, de qua supra dixi cap. præcedenti, §. 1.) à pœnitente, ex se quidem sub obligatione mortali, sed ex parvitate materiae sub veniali: quia parvitas materiae, quoties pœnitentia est levis, non tollit potestatem venialitatis, vel propter mortalitatem absolutam. Sic idem Doctores citat.

3. Sed triplex est difficultas. Prima: quid si sit gravis, sed imposita propter prædicta venialia, vel propter absolutam mortalitatem? Id quod posset aliquando etiam tamen ab absolute mortali, quando scilicet ob multitudinem continuationem venialium ita expedit: quamvis hoc cum Coninch. n. 81. nunquam pro his, Sacerdotem obligari gravem poenam iniungere.

4. Respondeo. Quamvis sit probabilis cum Henrich. tunc obligari sub mortali, quia Sacerdos habet talem potestatem, & aliunde materia jam est gravis: tamen est etiam probabile non obligari nisi sub veniali. Sic idem *in fine*. Vide Dianam p. 3. tract. 4. res. 126. Insuper propter multos Auctores ita sentientes. Ita Suarez, Coninch. alijque citati.

5. Secunda difficultas. Quid si sit levis, sed datur pro peccatis gravibus aliis non absolutis? Respondeo cum Suar. citato, non obligari sub mortali: quia licet causa gravis, tamen materia ipsa præcepti non est ad talem obligationem sufficiens.

6. Tertia difficultas. Potestne Confessarius imponere pœnitentiam gravem pro peccatis gravibus, sed dandam solum sub veniali pœnitentem? Respondeo cum Suar. cit. licet neget Valq. cit. à Præpositio in p. 3.

de pont. scilicet. 6. n. 76. quidquid dicat Portella & Diana citati ibidem ab eodem num. 95. Ratio est, tum quia nemo potest commutare preceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die festivo in opus quodlibet aliud auditione excellentius; quia non est Superior: tum quia in casu nostro illud opus, quod à Confessario imponitur, elevatur virtute clavium, ad hoc, ut sit opus Sacramenti; non vero illud à te susceptum.

16 Dices. At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo. In voto ipse vovens est loco Superioris sibi legem voti imponens: & opus ex voto non debet elevari virtute clavium: quæ aliter se habent, in casu pœnitentiæ, ut dictum est.

§. II. *An alius Confessarius possit commutare pœnitentiam, audita Confessione.*

17. **P**otest esse difficultas, vel Primò de Confessore æquali, hoc est Confessore, qui valet absolvere eadem peccata, quæ potuit prior. Secundò de Confessore inferiori, hoc est, qui non valet absolvere eadem peccata, quia scilicet sunt reservata, quæ tamén potuit prior, quia erat vel Superior vel delegatus ad reservata.

18. Quoad Primum, Confessor secundus æqualis, si audiat eandem Confessionem; quam audit prior; potest commutare. vel minuere pœnitentiam. Ita Suar. *disp.* 28. *sect.* 2. *cap.* 4. & communiter Recentiores. Ratio est; quia secundus Confessor succedit loco prioris; quare sicut prior poterat minuire Pœnitentiam à se datam sic poterit hic posterior.

19. Quoad secundum, licet probabilis sit cum Delugo *disp. 25 de pœnit. sect. 6. n. 105.* non posse, quia inferior non potest, propter limitationem absolviendi, quam habet, succedere loco Superioris: tamen, quia ablata reservatione per primam absolutionem, jam illa peccata non sunt ulterius reservata: potest dici quod jam inferior, respectu istius poenitentis, habet sufficientem iurisdictionem, et consequenter, ex Vasquez, Henr. Navar. citatis a Delugo *ibid. n. 104.* poterit, audita Confessione, etiam & hic commutare vel minuire poenitentiam.

§. III. *An possit alius Confessarius commutare pœ-
nitentiam, non audita Confessione?*

20. **C**ertum est ex Delugo *ibid.* n. 100. posse secundum Confessarium declarare primam poenitentiam non obligare, quando erat irrationabilis, vel, quando postea, casu aliquo, est irrationabilis reddita. Immo id poterit quilibet vir doctus deliberare: quia non est actus Iurisdictionis.

21. Difficultas igitur est, an quando alius Confessarius, sive Superior, sive iuxta paulo ante dicta, inferior, velit commutare, vel minere poenitentiam, id debet semper facere, audita iterum Confessione peccatorum, pro quibus fuit imposita.

¶ 12. Dico : licet probabilis sit cum Vasq. Suar. Fil-
lius. Delugo, Fernandez, Coninch. Reginal. citatis ab
eodem Delugo *lib. cit. n. 108.* debere id facere, audita
iterum Confessione; tamen est etiam probabile posse,
non audita. Sic Navarrus, Toletus, Sà, Rodriguez
Valerus, alique; quos citat sequiturque Diana *parte 1.*
tr. 15 res. 3. Ratio est, quia secundum Confessarios, cum
sit Medicus, & Iudex poenitentis; potest de tota simul
causa, iuxta præsentem poenitentis dispositionem, iu-
dicare, prout magis videbitur expedire. De tota autem
simul iudicat quando, nulla repetita Confessione, indi-
cat nunc non expedire talem poenitentiam.

23. Ex quo sequitur, quod iustam ob causam, cum scilicet poenitens secundo Confessorio dicit se vel non posse, vel difficulter posse poenitentiam explere; immo cum ipse Sacerdos adverit poenitentem non implevisse,

timétque non impleturum; posse prout magis
mino expedire ipsi videbitur, si non op aliam
certè ad facilitandum usum tanti Sacramenti,
re pœnitentiam.

24. Idque non solum intelligo de pœnitentiâ
Vindicativâ, hoc est satisfactivâ pro pœna à pœnitentiâ
debita; sed de Medicinali, & præservativâ; ab
inde in aliam Medicinalem, prout prudentis alius
pediens videbitur, commutatio fiat. Ita Bonae
pœnit. disp. 3. q. 4. sect. 3. p. 1. n. 6.

Vnum hic addit Io. Valerius in *diff. vir. for. v.*
diff. 13. hoc est, posse eundem Confessorem con-
 pœnitentiam, etiam sine causa: quia sicuti fuit in
 arbitrio (intelligi rationabili) illam poneres in
 causam commutare; cum unaquæque res per eandem
 viam per quas nascitur, per eandem dissolvatur
 petitur commutatio ab alio Confessario, requiritur
 modo iam dicto.

§. IV. Quando commutari poenitentia debet.

25. **S**uperest jam quærere quando fieri debet
commutatio : in ipsa secunda Confessione
ponit extra confessionem ?

In quo certum sit, eundem Confessarium potest
etiam a longinquum tempus: Ita Salas, quod
sequiturque; Delugo de pan. disp. 2, sec. 6, n. 11, et
Ratio est, quia talis commutatio, cum pertinet ad
iudicium eiusdem Confessoris; semper facit novam
præterita Confessione; atque adeo censetur potius
ad idem Sacramentum, & fieri intra illud: ut
satisfactio, quæ exhibita post longum tempus
unum cum præcedente Confessione.

26. De alio, seu seuundo Confessario ceterum non
posse extra Confessionem commutare penitentiam, et
alio iniunctam. Sic Delugo de pen. disp. 24. §. 6. n. 1.
Ratio est, quia Sacerdos non est iudex, nec ullum
bet potestatem, nisi dum est in hoc tribunali: sed
modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sa-
cramentum, ergo, &c.

27. Dices. At votum commutari potest, ratio-
tio à Censuris fieri item potest, extra Sacramentum.
Respondeo à posse quidem quia id dependet, ex
ibid. solum à potestate, quam habet summus Pontifex,
quoniam aliquando communicat aliis: at commu-
tationis poenitentiae procedit ex potestate Sacramentali, et
estum est.

APPENDIX

AD METHODVM EXPEDITÆ

Confessionis P. Thomæ Tam-
burini, Societatis Iesu.

DE SIGILLO EIVSDEM,

Appendicem de Sigillo Confessionis Sacramenti
instituto, quam precedenti Confessionis meae
convenire, mihi per amice significavi R. P. Thomas Pen-
Afflens apud R. P. N. Gener. Societ. Iesu, meorum
luberationum benemerentissimus Mæcenas. Examine
ejusmodi nutus pro iussibus habeo.

C A P V T I.

Quid sit, & ex qua Confessione oriatur
Sigillum.

1. **S**igillum, de quo hinc agimus, est obligatio, quæ
quis obstringitur rem in Confessione Sacramentali
tali auditam alto silentio prorsus obvolvare, & quæ

Sigillo munitam habere. Ita Vasq. Hentiquez, Coninch. max citandi. Differt à secreto naturali præsertim in eo, quod in hoc nonnulli se offerunt casus, in quibus ipsi negligi potest. immo & debet, at in Sigillo Confessionis nullus omnino huiusmodi casus agnosci potest.

1. Dixi (in confessione sacramentali) in ea enim & sola inducitur hæc obligatio, idque ex jure positivo Christi, qui merito in eo Tribunali allata arctissimo silentio premenda voluit, ne odiosa redderetur Confessio, neve Fideles ab illa transversum, ut aiunt, iungant retardarentur. Ita Vasq. de penit. 93. art. 4. dub. 1. n. 10. Hentiquez lib. 6. c. 19. n. 3. Coninch. de pen. d. 9. dub. 2. n. 34.

2. Fiet autem odiosa, etiam quando, veluti indeterminate, ea Penitentem offenderet: offenderet autem, si in aliquo tandem casu possent audita in Confessione profecti, licet enim hic casus ad penitentem tunc forte non spectaret; tamen timet, quod aliquando ad ipsum pertineret, merito eundem à Confessione revocaret.

3. Ex dictis habes; si quis alicui extra Confessionem, & sine ordine ad illam sua peccata narret, suave oculta negotia sub Sigilli Confessionis pacto communicet: tametsi ex utraque parte admitatur conventio: habet, inquam, non teneri ad Sigillum, sed ad secretum naturale dumtaxat. Idem erit si Confessionem illicitas coram Sacerdote, à quo scis te absolvi non posse, sive quia jurisdictione careat, sive quia tibi voluntas deest suscipiendi Sacramentum penitentiae; sed vel loquendi vel convitiandi Confessarium, vel eundem excitandi ad aliquod crimen, vel agendi quid simile. Ratio horum est illa, quia in hisce casibus res in Confessione Sacramentali excepta nequaquam est.

4. Contra, adest obligatio Sigilli quotiescumque confitetur quis sub spe doloris, pro ut oportet, concipiendi, licet Confessionis initio fortasse co fuerit animo delictorum: & in universum, quoties quis, sive valide, sive invalide, clavibus Ecclesiae se subiicit, animo Sacramentum suscipiendi. Ratio est, quia ex ea voluntate, qua aliquo tandem modo intenditur absolutio Sacramentalis, fit, ut cognitio ratione illius conquesta, non nisi ex vi Sacramenti conquesta censeatur.

CAPVT II.

Quanta sit obligatio Sigilli.

1. Tanta est; ut in nullo prorsus casu, etiam ob quam Confessoris iustam defensionem, etiam ob quodcumque penitentis bonum, nisi ex eadem penitentis (utpote in cuius favorem induta est) expresse, libereque consensu violari possit. Ita Delugo de penit. d. 23. sect. 5. n. 115.

2. Violatur autem absque dubio, si de auditis in Confessione Confessor sermonem misceat cum altero à penitentem nam si de iisdem, cum eodem penitente colloquitur: dicam c. 5. Consensus insuper expressus esse debet, sive verbo detur, sive facto. Sic Ragander. 2. 2. Enchiridion. lib. 6. c. 1. n. 14. alique max citandi, facto inquam, cum Bonacin. de pen. d. 5. q. 6. sect. 5. p. 4. n. 10. quod consensus actuali aequipolleat: quale esset si penitens extra Confessionem inciperet loqui de re allata in Confessione: postea enim & tu prosequi, cum ipsum incipere sit expectata confessio: Quare non sufficit tibi persuadere auditorum notionem minus ingratam fore penitenti, id enim retardaret à Confessione, cum possit semper in quod ingratissimum est. Libet item consensus etio. Sic idem, & Hentiquez lib. 3. de penit. cap. 23. num. 1. sine non ergo dolo, non minis, non metu reverentia extortus; nam secus prinde esset in ordine ad mores, ac si nullus assensus præcessisset. Quemadmodum autem libet non est penitenti licentiam concedere revelandi; sic & concessum, cum libuerit revocare, liberum eidem esse

Paris I.

non est ambigendum. Sic Sà genuinus v. Confessor. n. 3. 2. expurg. n. 30. Fag. l. c. n. 18. Laym. lib. 5. Tr. 6. c. 14. n. 15.

3. Si casuspiam, immo regni extremum urgeat delictum, patefacere non licet criminolum penitentem: Solum, instante gravi alicuius periculo, potes: & juxta charitatis regulas alstringeris generatim admonere eum, ad quem pertinet; modo non subit periculum quidpiam contra penitentem suspicandi. Quod autem arceus sit penitens ab absolutione, nisi, si possit, obviet vel per se vel per alium similibus periculis, pro certo est. Prudens dico (penitens:) nam utrum Confessario incumbat in se, ex licentia penitentis, suscipere ejusmodi onus obviandi, disputavi supra in Metho. do Confess. lib. 3. c. 9. §. 4.

5. Præterea si de peccato noto in Confessione, vel à supremo ipso iudice, interrogaris, illud negare etiam cum juramento, intellecta aliqua mentis restrictione potes & debes; quamvis, sine ulla omnino restrictione interna, loqui jubeat, qui interrogat. Ita Doctores citate & passim.

6. Denique, si Confessor forte peccavit dum alicuius Confessionem excepit, nec possit ejusmodi suum errorem confiteri, nisi suo penitente detecto, potest, obligaturque non integre confiteri: enarret cætera peccata, sicut de hoc, donec detur copia Confessoris, qui penitentem non cognoscat; arctiorem enim obligationem, inducit Sigillum, quod bonum universale spectat, quam integritas materialis Confessionis.

CAPVT III.

Quenam cedant sub Sigillum.

Peccata, laus, Confessio, penitentia imposita.

1. Certum est Primo, omnia mortalia etiam in universum, & omnia venialia sigillatim, si significetur penitens, cadere sub Sigillum; non vero venialia, generatim. Ita Doctores citati, & passim. Ratio illius est, quia sic redditur Confessio odiosa, cum ea de penitente sciri, in ipsius injuriam redundare, vel soleat vel possit. Ratio huius est, quia nulla in hoc apparet injuria: cum per se notum sit, ut qui confitetur; talem aliqua venialia confiteatur. Id tamen persæpe periculo expositum esse fateor, ut si in concursu v. g. duorum, dum files de uno, sic prædices de altero, Hic non est confessus nisi venialia, idemque evenit non raro si unum tantummodo laudes; tacendo enim de altero videris de eodem aliquid gravis momenti cognovisse. In concursu (inquam:) nam scotism non facile apparet tale periculum, si quis in hanc formam proferat. Hic mihi confessus est multa, vel gravia venialia. Sigillum frangit, quia id cedit in vituperium tandem aliquid penitentis. Ita Hurtad. de pen. d. 12. diff. 4. alique. Immo si quis nem confessus sit secreto, & tu palam dicas, Hinc mihi est confessus; vercor cum Reginal. T. 1. lib. 3. c. 4. num. 54. ne al Sigilli fractionem accedas cum id ingratum supponitur penitenti; & forte ejus consuetus Confessor, vel alij, quid grave de ipso suspicabuntur, ex eo iudicio quod alium à suo clanculum adierit. Huc reducitur, si Confessor revelet penitentiam penitenti impositam, vel publice peragendam imponat, seu gravem, id est quæ consuevit injungi pro mortali, qualis nunc esse (ait Diana Tr. 11. ref. 31.) corona Beatissimæ Virginis, non vero unicum Misereere: quia hoc loquendi modo præbatur, ut dictum est, occasio grave quidpiam adversus penitentem suspicandi.

Peccata in genere, ut audita, & quid ut audita in tali loco

2. Non erit autem contra Sigillum peccata audita, etiam signatè ut in Confessione audita, absque

E. 4. 110

ullo periculo quid coniciendi adversus poenitentem; narrate: id tamen propter periculum quod fortasse latet, rudiusque scandalum, reprehenderem cautius: Atque hoc quidem scandalum communiter adesse, quando dicitur, *Hoc audiui in Confessione*, docet Fagund. 2. *Eccl. precep. lib. 6. c. 5. num. 11. sine.* Verum est temperatius, quia in nostra ætate tam culta, pauci admodum sunt quos vera de hac re solidaque doctrina prætereat.

4. Quid si detegatur locus vel familia, ut si Confessarius sic enunciet, *Ecce in loco solet hoc peccatum committi*

Dico, si id evulgetur de loco magno, non esse contr. Sigillum, esse, si parvo. Sic Delugo l. c. sect. 3. num. 63. Alique, quidquid dicant alij apud Dianam p. 2. Tr. Miss. 1. alias 15. ref. 13. Ratio est, quia nulla sit injuria, si de numerosa civitate affirmetur ibi perpetrari peccata, sit, si de raro populo, vel familia, quæ certe ex illo dicto infamia notaretur. Immo iniuste item notaretur, tamen si id dicendi concessisset licentiam poenitens; quia ipse utpote natus, cedere nequit juri totius familie. Merito ergo Torrianus de poen. q. 11. art. 1. d. 33. d. 1. apud Dianam p. 2. Tr. 11. ref. 15. reprehendit Superiorem localem, qui Provinciali forte dicat *In hac domo seu Collegio sæpe postulat licentia absolventi a reservatis*, quia nimirum id redundat in ignominiam, & non raro in damnum domus: Vide infra cap. 4. n. 2. ubi fatebimur non fieri improbabile, id non esse contra Sigillum, si dictæ licentiæ postulatæ extra Confessionem fuerint.

Peccata publica.

5. **C**ertum sit Secundò, peccata poenitentis etiam publica tacenda esse. Sic Sotus in 5. dist. 18. q. 4. art. 5. Immo si seivisti aliunde, quamvis non pecces, quantum est ex vi Sigilli; si ea alijs palam facias; tamen id tibi caute præstandum est, ne ostiatur scandalum, néve limites notitiæ extra Confessionem habitæ transcendatur. Duobus item qui poenitentem de iisdem peccatis se accusantem audiverunt, non licet de illis in vicem colloqui; quia uterque Sigillo obstrictus æqualiter est. Delugo dicta dist. 13. sect. 5. n. 28.

Complices, obiecta peccati, &c.

6. **C**ertum est tertio, omnes circumstantias peccatorum, & omnes complices cadere sub Sigillum. Idem de obiectis peccatorum. Ita Doctores citati, & passim. Dicit v. g. poenitens se oblocutum esse contra Bertæ adulterium, obferenda est Sigillo tum oblocutio, tum adulterium, quod est oblocutionis obiectum seu materia. Nisi id ita esset, evaderet satis odiosa Confessio. Vide paulò post num. 14.

7. Quid si poenitens expressam concedat veniam Confessori complicem revelandi, (idem erit de obiecto) si illum revelat Confessor, frangente Sigillum? Frangere docet Vasquez de poen. q. 9. art. 4. dub. 5. in 5. quia sacrum Sigillum urget in favorem complices, nec solius poenitentis; ut sic universa casu, quæ agitur in Confessionis Tribunali, sit strictissimo silentio obvolvenda. Non frangere docet Suarez de poen. d. 4. sect. 3. n. 7. (esto peccetur, si quid prodatur unde complices honor deturpatur) quia Sigillum obligat in favorem dumtaxat poenitentis; si ergo cedit juri suo, non est cur complices factum Sigillo gaudeat. Vtraque sententia probabilis: illa Vasquez probabilior, quia magis Sigillo favens.

8. Vnum hic adverte, posse quidem Confessarium, habita facultate à poenitente, complicem monere, reprehendere, &c. nisi quando illa notitia esset injusta & contra Religionem; sed duos scrupulos esse vitandos ex Suar. l. c. sect. 4. num. 4. & 5. quidquid dicat Tanner. de poen. d. 6. q. 9. dub. 6. n. 146. alterum, ne Confessarius facile ad hoc se ingerat, de qua re diximus supra in Method. Confess. lib. 3. c. 9. §. 4. alterum, ne nimio zelo ductus eam licentiam facile à junioribus exposcat: in his enim non raro extoræ concessionis periculum latet.

Peccatum committendum.

9. **C**ertum sit quindò ex Fag. Coninch. Caput Dianam p. 6. Tr. 11. ref. 25. peccatum committendum, v. g. conceptam voluntatem interminicium, si fateatur Confessario à poenitente, idem animo peccatum eluendi, sed illud v. g. &c. ex dictis cap. 1. num. 4. non occludi Sigillo, & aperiri animo utrumque confitendi, sive inclamandi spe concipiendi dolorem, sive alio modo committendi, esse Sigillo reprimendum. Ratio est, quia re calu nulla adest confessio Sacramentalis, cumque in posteriore.

Quæ per errorem ut necessaria quis faciat.

10. **C**ertum sit Sextò, ea quæ peccata non sunt, ut talia Confessori afferuntur: & tamen quæ necessaria vel utilia siue sunt, siue non sunt, Malder. Tr. de Sigillo cap. 15. ab errante poenitente, ad explicandum suum peccatum, judicantur Sigilli materiam: quia jam ex vi confessionis Sacramentalis audiuntur.

11. Dices, ergo si poenitens ad suum criminem, dicit se esse Sacerdotio initiatum, & Religiosum, conjugatum, Militem, &c. Confessor geret hæc divulgare, quod certe nimis est scrupulosum.

12. Respondco, hæc in re discretionem opus esse, enim dicuntur ut necessaria vel utilia ad explicandum peccati, duplicis generis esse possunt. Nonnulla sunt modi, ut ægè ferat poenitens si illa sciatur, nam v. g. si noscantur, nihil laboret poenitentia, si divulgati possunt, hæc non item, ex Delugo de poen. sect. 3. num. 57. quia ex horum, non vero illorum ratione sit odiosa confessio. Quare si scire esse v. g. conjugatum, nihil obicit poenitenti, prout liber, id est, ut obicit, ut quia v. g. ejus Dominus carissimum non uxorum expetit, edicere tibi nequaquam licet.

Defectus naturales.

13. **H**inc solvitur ea celebris difficultas, An Confessor sit patentes facere defectus poenitentis, ex sola Confessione cognitos, v. g. spurium, ignobilem, ex genere Judæorum, &c.

Dico enim si ita à poenitente referantur, ut conjunctis colligatur eos esse communiter notos, potest fieri: secus, non posse. Ita idem ibid. Ratio est, quando sunt noti, præsumimus à poenitente non esse confessionem, nisi ut cognitis atque adeo parum abscurari, si manifesto sciatur, si ipse expresse non baret: At quando noti non sunt, id non præsumimus sic decernamus: magnum damnum à confessione committimus: cum quis non raro mallet seire se esse adulterum, quam spurium, vel Judæum, & beneficium petenti plus nocebit, seiri cum esse illegitimum quam adulterum. Scio quosdam cum Vasq. dub. 2. n. 2. minatur concedere ejusmodi promulgationem, sed sunt audiendi, quia clare id vergit in odium Sacramenti.

14. Rursus, ex his collige limitationem circa num. 6. de obiectis peccatorum. Si enim Joannes exprobratur se gavissimum esse de occisione facta ex rixa in foro publico, & alter se gavissimum esse de adulterio Bertæ: puto integrum esse Confessarium, facere homicidium, rixamque Petri: non vero adulterium Bertæ. Ratio ducenda est ex dictis, quia illud homicidium poenitens supponit esse omnibus notum, tamen per accidens latebat Confessarium, adeoque videtur Sigillo committere: non sic adulterium, quod occultum per se est.

Dicere. Eum non absolvi.

15. **C**ertum sit septimò, esse contra Sigillum, quod neget Caëtanus verb. Confessio, facinor. dicere. *Hic mihi confessus est, sed à me non absolvi.*

Respondet. Aliqui ut Fagund. loc. cit. allatus à Diana
de contr. 4. res. 112. teneri affirmant, aliqui de more negant,
Sicut. Coninch. Laym. apud de Lugo loc. cit. num. 47.
quod Caltrop. loc. cit. Ratio affirmantium est, quia illa
negantia est internumcia peccatorum, et sic five in
negantia Confessio five Confessione factam gerens: nam
propter eandem rationem, is qui excipit scripturam Con-
fessionem amici nescientis scribere, eo modo se ad Con-
fessionem preparantis, tenetur pariter (ut docet Præ-
positus de penit. q. 11. dub. 4. num. 34.) ad Sigillum.
Ratio negantium (qui consequenter nec cognoscunt
obligationem Sigilli in hoc Præpositi casu) est, quia
Sigilli scriptio, ne inchoata quidem Confessio est,
sed solum materia preparata ad Confessionem; nec est
Confessio, sed gerens materiam; quæ erat
preparata ad eandem: non ergo inducit maiorem obli-
gationem, quam naturalis secreti: sicut enim si quis au-
dit peccata alicuius qui se alta voce ad ea confitenda
compertat, vel alicuius, qui parâ modo gratias Deo
propter peccata confessus, non teneretur ad Sigillum,
ita huiusmodi notitia non habetur ex vi Sacramenti,
consecrationis vel preparationis ad illam, vel gratiarum actionis de
Confessione; & sicut qui addit matrem instituentem filiam
allata ad eam septennem ad faciendam confessionem, interro-
gationem de jam facta, non obligatur propter dictam
obligationem ad silentium Sigilli: ita in casu nostro, &c.
Chilii sententia est probabilis.

C A P V T V.

De Sigillo confessionis respectu ejus-
dem penitentis.

Contingit frequenter, ut Confessarius velit de
exceptis in Confessione cum suo penitente tra-
dere: queritur, quatenus id eidem liceat. Quamvis au-
tem id non supponemus certum non esse hac ratione Sigillum
ur coram Præposito & profecto plures cum Sanchez lib. 3. de matrim.
lib. 2. c. 1. hanc negant; esse affirmant admodum pauci
arguunt eundem, quia fractio Sigilli est fractio secreti, se-
cretum vero non frangit qui cum eodem, qui secretum
commisit, loquitur sed qui cum aliis) quamvis inquam
non esse certum supponemus: tamen conveniunt
esse omnes, ejusmodi locutionem cum eodem, quia ce-
deret in odium Confessionis, semper esse prohibitam. Dixi-
tamen omnes) nam Valquez d. q. 93. art. 4. dub. 10. num. 1.
quem sequitur Matarius tract. de pen. d. 3. c. 2. num. 6.
exhibet: Tertio sequitur, non esse contra Sigillum loqui
cum penitente de peccatis in Confessione auditis, non petita
licentia, sed solum intentione inquirendi ea, quæ melius
scire possint ipsum. Immo optimè docet Medina, non es-
se contra Confessionis Sigillum penitentem reprehendere,
aut exprobrare illi peccata: esse tamen contra Reverentiam
Sacramenti, quia redditur onerosum nimis. Quod
non sit contra Sigillum, constat quia non manifestatur ali-
quid secretum Confessionis. Hæc Valquez, cui faver Sa. v.
confess. num. 2. in edit. genuina in expurgat. num. 21. di-
cens, Occulte corripere postea penitentem de auditis ab
ipso in Confessione et si est illicitum, sed non contra Sigillum:
quoniam licere interdum indicat c. Sacerdos, de Officio
ministri.

1. Porro tria tempora in dubium vocare possumus an
Confessor liceat de auditis agere cum suo penitente.
1. Dico primo, statim ab Absolutione licere. Sic Præ-
positus loc. cit. d. 5. Henriquez de penit. lib. 6. cap. 20.
num. 7. quidquid dicat Fagund. z loc. cit. num. 33. Ratio
est, quia moraliter judicatur durare eadem Confessio:
sicut enim tunc potest injungi penitentia, ex alibi di-
ctis, cur non & cetera expediti, quæ ad bonum peni-
tentis conducere judicabuntur?
2. Dico secundo, in aliis Confessionibus etiam li-

cere. Sic Præpositus loc. cit. Henric. loc. cit. sect. 5. n. 127.
Granad. de Sacramentis, controvers. 7. tract. 11. d. 5. contra
Fagund. loc. cit. num. 36. quamvis enim sæpe non expe-
diat, quando nulla vel modica sit necessitas, timeatur
que de penitentis molestia: tamen quia ejusmodi locu-
tio est intra forum Sacramentale, non est interdicta. Au-
di Malderum tract. de Sigillo, cap. 22. apud Dianam p. 5.
tr. 11. res. 20. Sicuti quando extra Confessionem penitens
de peccato quod confessus est consultat Confessarium iam sa-
tis eadat licentiam de eo loquenda, imò hoc ipsum requirit
ab eo: similiter, quando statum animæ suæ exponi, & de
eo iudicari & tractari vult in secunda Confessione: satis
conferat de necessariis ad bonam Confessionem directionem
Confessario tractandi secum potestatem facere: quod magis
locum habet, quando peccata prioris Confessionis sunt ali-
quo modo circumstantia peccatorum in secunda Confessio-
ne expressorum. Hæc appositè Malderus. Quæ confirmantur
à Præposito loc. cit. n. 4. ex praxi communi etiam timo-
ratorum Confessariorum, qui rationabili ex casu men-
tionem faciunt in præfenti Confessione eorum, quæ au-
dierunt in priore; imò aliquando negant absolutionem
penitenti, propter frequentem lapsum cognitum in alia
Confessione: & denique, Quid adhortamur Fideles, inquirit
ut manent semper eodem Confessario, si hic se debeat ge-
rere, ac si nesciret Confessiones priores?

5. Dico tertio. Aliis temporibus à prædictis, hoc est,
extra omnem rationem Confessionis, nunquam licet si-
ne venia penitentis cum eodem loqui de auditis in
Confessione. Ratio est toties repetita, quia secus reddere-
tur molestissima Confessio.

6. Quando Confessarius extra Confessionem petit
à penitente colloquendi de rebus auditis potestatem, ut
illum admoneat de re ipsi necessaria ad salutem; Peni-
tens autem (utique peccando) negaretur possit nihilomi-
nus Confessarius locutionem producere & admonere:
Satis dictum est in Methodo Confess. lib. 3. c. 8. §. 4.

C A P V T VI.

An Confessor possit uti cognitione ha-
bita in Confessione?

§. I. An sit posse, si vel alij, vel complices peccati
id advertant?

1. Licere Confessario uti cognitione habita in Con-
fessione, quando ex ejusmodi usu nihil sit ingra-
tum penitenti, & nulla profus alicui causa datur ali-
quid suspicandi, rem in Confessione auditam fuisse; pro-
certo esse debet, cum tunc nulla sit vel peccati promul-
gatio, vel Sacramenti injuria five directa, five indirecta:
Ita Doctores citati passim. Hinc enim ex ibi auditis
doctior fieri possum, cautior in inquirendo, diligentior in
examinando, prudentior in dirigendo sive in bonum
meum, sive aliorum; & si Prælati sum, audiamque in
Confessione querelas contra me v. g. propter nimium
meum rigorem, vel avaritiam, possum me in meliorem
fructum reducere. Ita Delugo de pen. disp. 23. 107.

2. Contra, certum item sit; ex Coninch. d. disp. 9.
dub. 4. num. 54. & 55. nequaquam licere, etiam ad mortem
evitandam, quando alij, qui alias penitentis peccatum
ignorabant grave quidpiam ex tali usu adversus ipsum
suspiciantur; quia id esset ipso facto Confessionem
ostendere. Imò si Confessor duorum ex Confessione
unius cognovit alterum non confiteri integrè; licet
& juxta prudentiam debeat generatim interrogare nun-
quid aliud peccatum habeat, vel simile quid, non potest
tamen ex Suar. loc. cit. d. 33. sect. 5. n. 5. ullum indicium
suar notitiæ præbere; sed tunc absolvat, Deoque omnia
committat, ne scilicet penitens aliquid de Confessione
alterius advertat.

3. Difficultas ergo solum, & quidem gravis hic
E 4 super

superest, quando id suspicarentur ij, qui aliàs sciebant, sicut v.g. peccatur si sacerdos sciat ex Confessione unius complices, vinum Missæ veneno esse infectum, vel ipsum esse occidendum, seu dilapidandum dum domo exit: poteritne sacris non o perari, & domi se cohibere, si hinc advertant complices conjugationem ad aures Sacerdotis allatam ex Confessione unius ex ipsis fuisse?

4. Suarez aliique quos citat, sequiturque Fagundez *loc. cit. cap. 2. num. 5.* ait non posse Sacrum omittere, nec se includere domi; imò si sit in mortali; adhuc non possit tunc enim se providat de contritione.

5. At Coninch. *loc. cit. dub. 4. num. 55. & 56.* Bonacin. *de penit. d. 5. q. 6. sect. 5. p. 4. num. 27.* citans Reginaldum Onuphr. Henric. Scotum *dist. 21. quest. 2. art. 2. ad. 3. g. r. neraliter loquentem*, adòque etiam de non sociis: *Castr. de penit. p. 19. §. 3. num. 18.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap. 14. num. 21.* probabilis esse aiunt, possit, prout suæ vitæ expediatur: idque etiam si poenitenti ab aliis sociis mors, vel gravis mali periculum immineret. Illa prior sententia est nimis si vera, quamvis magis Sigillo favens hæc posterior est humanis rebus accommodatio, atque adeo magis excipienda. Ratio autem esse potest, quia aliud est factio ipso patfacere peccatum: aliud est, simulato aliquo pretextu, facere seu omittere aliquid, ex quo alij aliunde scientes sumant occasionem suspicandi peccatum esse confessum. Prius est omnino illicitum, posterius licitum est aliquando: imò non raro debitum, cum non sit ulla detectio nec verbo nec facto exhibitio. Non placet autem Delugo *de penit. disp. 23. sect. 5. num. 113.* dum asserit idem esse in his circumstantiis fugere Sacerdotem, dicere, *Mihi parata sunt insidia*: non placet inquam, hoc enim dictum per se significat insidias: at fuga, cum possit procedere ex variis capitibus, solum per accidens, ratione scilicet cognitionis aliunde à sociis habitæ, significat idem peccatum insidiarum. Quædam, quæ ad hoc argumentum facere videntur, quippe speculantium commentationes, legito si est otium apud laudatos. Legito item Th. Hurradum, à quo in multis, ut patet ex dictis dissentio.

§. II. An uti Confessarius dicta cognitione possit, quando solus poenitens advertit?

1. Hæc est gravissima, & inter cæteras molestissima questio; ad quam solvendam præmitto, triplici generis esse actus poenitenti ingratos, quos Confessarius ex vi cognitionis habitæ in Confessione posset exercere. Primi, qui versantur circa personam poenitentis, & quidem spectantes ad iustitiam punitivam, vel commutativam. Ut poenitentem castigare, tollere jus ipsi acquisitum, struere insidias, ut poenitens in delicto audito deprehendatur, negare debitum pecuniæ, &c. Secundi, qui versantur circa ejusdem personam, sed spectantes ad iustitiam distributivam, vel misericordiam, aliæque virtutem. Ut negare suffragium liberum ei, cui non negares, si ejus dignitas, vel peccata in confessione explorata tibi nequaquam fuissent; tollere ab eo officium ex se amovibile, quando ab ipso retinetur cum animæ suæ detrimento; ablegare poenitentem in alium locum, ubi degeret absque peccato: se, illi ostendere se veritatem, minusque gratè cum eodem loqui, ejusdem inopiæ data stipe non opitulari: famulum cognitum ex confessione furem, domo expellere: Sacramenta non ministrare, non porrigere Eucharistiam: non assistere matrimonio, quod poenitens nulliter contraheret: non colloqui cum excommunicato vitando, & cætera similia, quæ exercentur circa personas singulares & certas. Tertiij generis sunt actus omnes, qui non exercentur merè circa personam poenitentis, licet contra ipsam aliquando recurrant: Ut vigilantius Confessarium custodire res suas: servo furaci pecuniam, vel arcæ claves non committere: Superiorem claudere fores, unde idem novit, ex confessione aliquem de nocte furtim exire: Sacerdotem se domi continere, vel Missam non celebrare

quia in confessione scivit insidias; & similia, quæ muniter confueverunt esse positiones aliquorum poenitentis, quo posito poenitens absque suo aliquo co incommodo impeditur, quo minus in peccato

2. Confulto autem dixi (actus poenitenti in Confessione enim propter fiduciam, v. g. quæ poenitens se gessit, omnia sui animi interiora, & que peccata detegendo; poterit ex Delugo *disp. 23. sect. 5. n. 102.* eidem ostendere signa, & migne excipere, beneficia confite, &c. quæ poenitens advertat hæc fieri propter expulsiōem confessione. Ratio est, quia ex una parte, ut supra non est fractio Sigilli collocutio cum eodem, qui lum commisit; & ex alia, illæ actiones non sunt gratæ, unde confessio fieri odiosa timeatur, & max, unde Fideles ad confessionem potius aliam cum fructu sperentur.

3. His positis certum esto primi generis actus quam licere sine licentia poenitentis, ita Doctorum citandi: quia satis odiosa redderetur confessio, si tur propter illam contra subditos procedi posset, propterea si quis ex Judicibus contra subditum gaviv testes, processum instituit, vel quid simile fecit: atque appareat hos actus initium habere iustitiam quantumvis tenui habita in confessione, & ejusmodi actus, utpote invalidi, rescindi ab eodem à quocumque alio iudice qui id resciret omnino debet. Sic Henric. l. 6. de penit. c. 20. n. 2. S. P. Confessio.

4. Iam vero de actibus secundi, & tertiij generis multo sumptis, est duplex sententia. Prima inquit apud Sanch. *mox.* citandum, concedendum Confessario utriusque generis actus; quando unus ipse poenitentem gnoscat cum ad hos actus peragendos movetur in confessione. Ratio est, inquit, quia ex una parte non est frangere Sigillum colloqui cum eo, quo poenitentem communicavit; & ex alia, poenitens cum non beat jus absolutum ad eas actiones, illi nulla sit si tæ negentur. Bipartitos deinde hos Doctores Plares enim apud eundem, sentiunt, quandoque Confessarius posset, debere interdum exercere eas: atque adeo amovere indignum ab officio, amovere suffragium, non ministrare Sacramenta, &c. licet cooperetur, cum possit non cooperari, cum cato poenitentis. Multo autem plures apud eum ejusmodi obligationi refragantur: quia nimirum hominum cogi debet, ut utatur remedio tam difficile periculo fractionis Sigilli.

5. Secunda sententia est aliquorum negantium. Hæc est toties allata, nempe, ne sic in odium Fidei datur confessio. Ex qua sententia sequitur, Confessarium se debere gerere protus ac si nihil audisset, nec se subditum ab Officio amovere: negare suffragium, molynam, Sacramenta, claudere fenestram: se de continere ad insidias vitandas &c.

6. Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 16. n. 1. (Vide etiam Fagund. *Eccles. præcep. lib. 6. cap. 3. n. 1.* ubi has duas sententias reulit sic addit. *Quid, dicunt in re iam dubia? Pro priori enim sententia militat veritas tot, tantorumque virorum (numera verat enim viginti quinque, S. Thomam, Scotum, Suarez, & fortissima rationes: quare negari non possit, esse gravissimam. Verum multo mihi magis semper placuit & placet posterior sententia, qua non poenitens nimirum damentis, &c. Hæc Sanchez.*

7. Ego cum Coninch. d. d. 9. dub. 5. num. 67. & Castr. de penit. p. 19. §. 3. num. 18. & Sanch. loc. cit. sententia legatur puto distinguendum esse de prædictis actibus, atque asserendum: non posse exerceri actus secundi generis, actus tertiij generis posse. Ratio est eadem: totiesque proposita: sed quia Doctores utriusque sententia, actus secundi, & tertiij generis minus distinctius minus rectè hæc tenus, nisi si quid me fallit, induci autem in hunc modum potest.

Si concedantur actus secundi generis, reddetur

generis confessionis; non verò, si concedantur tertij
generis actiones: ego has licebit exercere, non illas.
Antecedens probatur. Facile retraherentur Fideles à Sa-
cramento penitentie, si scirent posse quemlibet propter
audiam in illo foro amoveri ab officio, carere suffragio
quavis libero, repelli ab Eucharistia, privari commu-
nicatione cum aliis, & similia iugata, quæ sunt actio-
nes secundi generis. De hoc videtur si pra in *Metodo Con-
fessionis* cap. 6. §. 2. num. 20. At nemo ab eadem retraher-
etur; seu certe retrahi præsumeretur ea de causa, quod
scilicet, quis melius custodiat res suas, claudat fenestras
ad impedienda peccata, mortem effugiat, & simili-
bus, quæ sunt actiones tertij generis, cum ad hæc is idem
penitens, qui verè surgere à peccato per penitentiam
intendit, cooperari pro suo modo teneatur; quæ huius-
modi actus non quidem ingrati ritè penitenti, sed verò
gratissimi esse censendi sunt. Erubescencia autem nulla
potest obici: prudenter: quia cum hæc tertij generis actio-
nes non exercentur circa ejus personam singularem, ut
ceteris, potius is, (occasione, non inficior, data à Con-
fessario utente tamen iure suo) ad se advocat pudorē ma-
gis, quam Confessor eodem pudore penitentem afficit.
& illud: ar Clemens VIII. Decreto ann. 1594. 26.
Maj. generaliter interdicat ejusmodi usum. *Tam Superio-
res* (inquit) *pro tempore existentes, quam Confessarii qui*
postea ad superiorem gradum fuerint, pomoti caveant
ut confessione ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in
Confessione habuerunt, ad EXTERIOREM
GOVERNATIONEM M. mutantur. Nec absumile
est Decretum R. P. Claudij Aquavivæ Generalis Socie-
tatis I. S. V. pro suis apud Castrop. loc. cit. n. 20. *Tam si*
(ut) non desint Doctores qui notitia per Confessionem
habita, salvo Sigillo Confessarii, ut nonnunquam licere
finiunt, nostros tamen eam. Doctrinam sequi non, expedit
ut caveant diligenter SUPERIORES,
ut vel ipsi vel nostrorum aliqui eam usquam Introducant,
privatimve aut publice doceant, nec ea, nisi forte de peni-
tentia licentia ullo modo utantur, sed ita se gerant in omni
casibus Confessarii ac si in confessione nihil penitus
audierint.
9. Respondeo: Hoc Decretum Clementis, quod ex
Hurtado de pen. d. 12. diff. 9. Prag. de pen. q. 11. d. 7. fine.
inclinat Suar. de pen. d. 3. cit. scilicet. 7. m. 9. non ad omnes
Confessarios, sed ad eos, qui Superiores sunt, vel deinceps
eius, dirigitur; solum prohibet, id quod alias iure divino
prohibitum erat, id est actiones primi, & secundi ge-
neris, non verò tertij, ex Laym. lib. 3. tract. 14. c. 14. 23. fine,
et etiam colligi potest ex Coninch. Castrop. & Sanchez
loci citati, qui scripserunt post dictum Decretum, &
tamen nostram opinionem à probabilitate non deji-
ciunt. Ratio autem est, quia hæc tertij generis actiones
nullo modo pertinent ad EXTERIOREM GOVERNATIONEM
personarum; cum per has circa personas
singulares, nihil decernatur.
Decretum insuper R. P. Generalis Societatis I. S. V.,
quod ad Superiores ut invigileat, non verò ad subditos
dirigitur, eodem modo illas vetat, non has tertij generis:
quia cum hæc neminem sigillatim tangerent, suntque com-
muniter peccatorum impedimenta, easque non prohibuerit
Clemens VIII. cui se conformem ipse reddere voluit;
non erat ratio, quamobrem has prohiberet.
Inquires, Potestne Prælati ex notia habita in Con-
fessione motus, magis advertere, ut notitias aliis extra
Confessionem sese offerentibus signis sufficiat in-
structus, aliquam ex dictis actionibus præstet?
Respondeo. Quidquid videatur concedere Th. Hur-
tado, est ex dictis diligenter distinguendum. Nam si
hæc actiones à Prælato præstandæ tangerent ipsum specia-
lem penitentem, V. G. ei Prælati suffragium denegabit,
& c. nullo modo potest, quia sic odiosa fieret Confessio;
nam Prælati hæc novam advertentiam inciperet adhi-
bere ex vi Confessionis: quod nullatenus licet. At si
actiones hæc non tangerent penitentem modo jam ex-
plicito, poterit sanè, quia tunc agitur de actionibus tertij

generis, quas licet concedimus. Quare si forte Prælati
ex vi Confessionis Penitentis, addita sua naturali sagaci-
tate, noter aliquod signum, non poterit cognitis ex
huius signi vi uti contra Penitentem: solum tunc po-
terit, quando signum est ejusmodi, ut etiam sine prædicta
relatione ad Confessionem Penitentis, ex se solo, sufficit
& movet ad inquirendum.

3. III Expediuntur quædam circa usum prædictæ notitiæ.

An possit quis simulatum Confessorem respicere?

10. **A** De ea, quæ hæcenus docuimus, expedienda
adhuc dubitatur Primo: Quid faciam ego Con-
fessarius si is, cui peccata mea aperire tanquam Confes-
sario consuevi, nunc confiteatur ipse mihi, detegatque se
non esse Sacerdotem; possūne ad illius pedes amplius
non accedere, ipso advertente, me ad hoc movere ex vi
confessionis ejus? Respondeo. Possum ex Sanchez d. 16.
n. 5. quia hæc omisso reduciatur ad actiones tertij gene-
ris, per illam enim nihil in penitentis personam exer-
ceo, sed negativè me habeo.

11. Quid si ex hac omissione alij suspicentur malum
de Sacerdote? Respondeo. Tunc poteris, & ex Delugo l. c.
scilicet. 5. n. 105. debbis, alteri serio confiteri, hunc autem ne
illum prodas, confitearis solum exterius. At Fagundez
præc. Eccl. l. lib. 6. c. 3. n. 1. docet & posse, & non deb. re;
quia hæc omisso ostensiva delicti ex se non est. Verum si
alij alias sciebant illum non esse Sacerdotem, placet mihi
sententia hæc posterior Fagundez, propter rationem à
nobis expositam supra §. 1. n. 5. At si ignorabant, placet
sententia prior Delugo; quia tunc verè ejusmodi omis-
sio videtur esse per se manifestativa delicti, iuxta ea quæ
diximus, cit. §. 1. n. 21.

An possit respici penitentem sollicitans?

12. **D** Vbitatur Secundò, si vocet ad audiendum peni-
tentem, à quo timco, ne in peccatum inducat,
idque solum ex ejus præcedenti confessione noscant;
possūne ad illum non adire, si vel ipse rem advertat, vel
alij contra ipsum aliquid suspicentur? Respondeo: pos-
sunt immo obligor non adire; quia si penitens ad peccatum
in confessione sollicitat, jam illa nec est confessio, nec
Sigillo subiacet. Quod si alios casus effingas, vide eos
apud Doctores citatos; sunt enim ferè metaphysici.

De penitente impenitenti.

14. **D** Vbitatur Tertio: Si voceris à penitente, qui
bis, ter, pluries noluit tollere occasionem v. g.
proximam, potestne effugere, si ipse id advertat, vel alij de
ipso aliquid mali coniciant?

Respondeo, si tibi confessus est, ut confessionem simu-
laret, & in bona exultatione apud alios haberetur; potes
effugere, quia illa non fuit confessio, sed simulatio. Ve-
rùm si fuit vera confessio animo se adiuvandi, non potes
non ire si alij malum de penitente suspicentur; fuit enim
illa sacramentalis, licet inchoata confessio, Sigillum se-
cum trahens.

15. Quod si non alij, sed ipse solum id advertat; noti-
videt in te obligationem eundi, quia ex una parte non
est rem revelare, si eandem ei committas, à quo rece-
pisti, ut toties dictum est; & ex alia, propter similes nega-
tiones non retrahentur à Confessione Fideles, immo ma-
gis ad eam cum debita dispositione faciendam excita-
buntur. Favet insuper alia ratio: quia tu merito negas, ut
penitens à sua contumacia respiciat, sicuti merito, pro-
pter eandem rationem, eundem aliquando non absolvis

De scientie in Confessione Ecclesiam esse pollutam.

16. **D** Vbitatur Quarto: An si sciat ex Confessione Sa-
cerdos, Ecclesiam esse pollutam, possit in illa
celebrare, advertente id penitente vel aliis? &c.

Respondeo. Si ex omissione sacrificij aliqua notitia
peccati quoad alios, vel aliquod penitentem damnum
timeatur, poterit, & consequenter, juxta superius
dicta,

dicta, debet celebrare: quia fortius est vinculum Sigilli, quam violatæ Ecclesiæ. At si nullius detrimenti, vel notitiæ periculum sit, non poterit celebrare, ex Delugo l. c. n. 124. quia urget præceptum de non celebrando in loco violato: & non urget præceptum Sigilli, cum nullum periculum damni nec evulgationis adeo supponamus. At poterit celebrare, ex Bonacina, de pœn. d. 5. q. 6. c. 5. p. 4. n. 23. quia Ecclesiæ non præsumitur velle obligare Sacerdotem, ad non celebrandum, quando ex sola confessione novit locum esse pollutum, siquidem Ecclesiæ semper velle favere Sigillo credenda est. Utrumque probabile.

17. Quid si solus pœnitens id advertat? Non posse celebrare, probabiliter decernit Delugo l. c. quia ejusmodi omisso respectu ejusdem pœnitentis non est revelatio, ut sæpe diximus; & ex alia parte, non est actio circa peculiarem pœnitentis personam, nec rationaliter ipsi ingrata, immo Confessario onus erit (inquit) si iudicet se profuturum, nec sit sibi grave incommodum, monere etiam alios, ut nec ipsi celebrent. Verum ex ratione modo dicta à Bonacina, addita ea, quæ dicta est §. 2. n. 4. sine, consequitur posse celebrare, nec ad prædictam monitionem obligari, id quod certe ut probabiliter deductum amplecti sine dubio possumus.

CAPVT VII.

Cujusnam suspicionis periculum contra pœnitentem, ex vi Sigilli prohibetur?

1. Dictum est sæpe in præcedentibus, cavendum esse ne detor ulla suspicandi occasio contra pœnitentem. Occurrit scrupulus, an id de omni quamvis levi suspitione intelligendum sit?

Hac de re sic prudenter differit Delugo d. 23. scilicet §. num. 106. Intelligitur de suspitione probabili, non vero de coniecturis etiam levibus, quas analitici & nasuti facile faciunt. Ita Palatinus, S. Th. Scotus, Medina, alique: quod videtur etiam in praxi observari: esset enim, ferè impossibile omnem suspicandi occasionem indirectam omnibus auferre. Facilius autem excusantur occasiones negativæ, quam positivæ: v. g. si uni pœnitenti propter ejus puritatem Confes-

sarius maiora benevolentia signa ostendat, quam alii, quia enim sua, ut supponimus, efficiat, & non alii non possunt. Adverte etiam in aliqua materia propter eius & gravitatem, non reputari levem suspitionem, quia fortasse levis est v. g. quacunque occasio datur, ut etiam levis suspicandi adulterium uxoris sue, & vixime contra Sigillum, quia nimis diffidit relictus tali periculo. Hæc ille.

CAPVT VIII.

De culpa & pœna frangentis Sigillum.

1. Quæritur ad culpam. In fractione Sigilli materia committi possunt. Primum, contra Reverentiam, seu reverentiam debitam Sacramento, Secundo, contra Justitiam, seu Charitatem, si quid reteregetur, quis poterit infamia. Tertio, contra fidem datam, quæritur naturale, si res erat occulta.

Primum semper est mortale. Secundum, & tunc sunt venialia, quando infamia vel infidelitas non reperi, secus, sunt mortalia cum obligatione ad satisfactionem famæ, damneque secuti. Præpositus de pœn. q. 11. d. 1. & d. 4. n. 39. Cast. de pœn. p. 19. §. 1. n. 2. Bonacina d. 1. n. 1. & 4.

2. Dixi (primum semper est mortale) materia Sigilli patritate non habet ex omnium sententia apud Dianam p. 5. r. 5. ref. 8. Solum invenio S. P. C. n. 24. in impr. genuina: cui ex parte favet Ledesma apud Dianam ibid. & Sotus apud eundem, sic dicuntur: velari aliquid leve confessionis, modo sit peccatum, putant esse mortale, quod mihi durum videtur.

3. Quæritur ad pœnam. Nulla non pœna contentem patefacienti est in iure lata. Sic Coninch d. 1. pœn. dub. 47. Diana p. 5. r. 11. ref. 51. alique solent c. upriusque sexus, de pœn. dicitur, revelans debet poni a Sacerdote, & in arctum Monasterium deinde, quæ cum sit pœne ferenda, ei quis non nisi post sententiam subiacebit: atque hæc quidem pœna, certe est ordinaria, uni Confessario importunus, si re delinquat; cæteris erit extraordinaria, à iudice pro litate criminis taxanda, ut in superioribus c. 4. innuimus, Deus te, Lector, amet, & valeat.

FINIS.

Laus Deo, Beatissimæ Virgini, ac B. Aloysio Patrono meo.